

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

De satisfactione Sacramentali, & obligatione sacerdotis illam imponendi. §.
2

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76649)

10. Addunt aliqui, debere esse opus supererogationis, & non alias debitum: sed immixti id postulant, cum Concil. *sess. 14.* c. 9. satis indicet, per opera alias praecpta fieri satisfactionem posse. Nam, sicut praeceptum non impedit meritum, neque satisfactionem impedire debet. Non enim opera virtutis in commodum Dei sed in nostram utilitatem praecipiuntur. Ergo ex praecerto, nec meritum, nec satisfactione illius diminuitur. Quodlibet namque opus, tametsi praeceptum, meriti rationem habet: quia factum est a filio, in obsequium munificissimi patris, quem debeat filiorum obsequia se ipso premiare. Habet tamen rationem satisfactionis, quatenus per ipsum Deo, si quis voluntari se homo submittit, a qua se per peccatum subtraxerat. At haec ex praecerto non impedirentur, quinimum praeceptum augere videntur. Ergo ad satisfactionem non est necessarium esse opus supererogationis, sed potest esse opus alias praeceptum. Atque ita docent Nauart. *cap. 26. n. 23.* Sotus in *4. disp. 19. quest. 2. art. 1. circa finem. Henr. lib. 5. de penit. cap. 19. num. 5.* Suar. *disp. 37. sect. 4. num. 3.* Fagund. *de secund. Eccles. praecep. lib. 9. c. 2. num. 8.* Coninch. *disp. 10. dub. 10. dub. 4. num. 31.* Moment tamen communiter relati Doctores, quibus adhaeret Sanch. *lib. 1. sum. cap. 14. num. 6.* Bonac. *disp. 5. de penit. qu. 5. sect. 3. p. 2. n. 12. & infra latius dicimus; eti. Confessarius possit opus alias praeceptum in penitentiam iniungere, non tamen conferi in iunctum, nisi id expresse explicit: decet enim ad opera alias indebita obligare in satisfactionem peccati confessi.*

11. Secundò, ex parte satisfaciens conditio necessaria requisita est gratia. Nam, cum satisfactione tendat in reconciliacionem cum Deo perfectam, nequit non reconciliatio fieri. Praterè, stante culpa, non potes pro pena illi debita obtine remissionem: neque eriam cum remissionem obtinere potes pro penis ex aliis culpis remissis relictis: qui dignus non es, ut haec tibi gratia conferatur. Ergo gratia necessaria ad satisfactionem est requisita. Atque ita indicat satis Trident. *sess. 14. cap. 8.* afferens satisfaciendo pro peccatis conformes fieri Christo Iesu, certissimamque arham glorificationis habere, que peccatori nullatenus conuenient posse. Deinde afficerit Concilium, nos satisfacere non posse, nisi per Christum & in Christo, in quo viuimus, metemur, & satisfaciamus. At nullus viuit in Christo, nisi qui eius gratiam possidet: ergo nullus satisfacere potest, sicut nec meteri, nisi qui gratiam habeat. Atque ita tanquam certum tradit D. Thom. in *4. disp. 14. art. 3. capit. 2.* Bonavent. *ibid. art. 1. quest. 3.* D. Anton. *3. p. tit. 14. cap. 20. 8. 2. Caiet. r. 1. Opus. tract. 6. quest. 3.* Petr. de Soto *relect. ultim. de satisfact. Dominic. Sor. in 4. disp. 19. quest. 1. art. 4.* quos refert Coninch. *disp. 10. dub. 4. concl. 1. n. 23. & 24.* aduertit optimè, sapientissimum Deum penitentiam peccatoris se humiliantis acceptare in satisfactionem penae temporalis in hac vita, quam insigere decreuerat, ut contigit celestissimo Acha, *3. Reg. 21.* & colligitur ex Ierem. *c. 18.*

12. Praterè ex parte satisfaciens requiritur, quod si viator: etenim satisfactione simul cum merito coniungitur, ut pater ex supradicto loco Concilij, ibi: *In quo viuimus, in quo meremur, in quo satisfacimus.* At meritum finita hac vita non est ergo nec satisfactione. Alias anima in Purgatorio existentes, cum Deum ardenter charitate prosequuntur, brevissimo tempore pro peccatis satisfacere possent, ut notauit Coninch. *disp. 10. dub. 4. n. 24.*

13. Addunt aliqui, requiri, ut satisfactione ab eodem debito procedat: eti enim obligatio ad penam solendum debitur personali, quod non videtur posse per alium satisficeri. Propria nanque actione diuinam autoritatem, & honorem lessisti ab eius voluntate te subtrahendo. Non ergo aliena actione diuinæ autoritatis lesionem reparare potes; sed necessario propria submissio, & humiliatio requiritur. Praterè, nemo pro alio mereri, nec demereri potest: ergo neque pro alio satisfacere. Item, non potest satisfacere pro culpa: ergo nec pro pena. Et forte ob hanc causam dixit Paul. ad Galat. 6. *Vnusquisque onus suum portabit.* & 2. ad Corinthis. *Vnusquisque propriam mercedem accipies secundum suum laborem.*

Ceterum hac sententia nullatenus admittenda est: sed omnino affutandum, vnum pro alio satisfacere posse. Sic, tanquam certum, docuit Suar. *disp. 4. sect. 2. n. 4.* Henr. *lib. 5. o. 19. n. 5.* Bellarm. *lib. 2. de Indulgent. cap. 2.* Agid. de Coninch. *disp. 10. dub. 7. Fag. l. 9. c. 2. n. 20.* & declaravit Catechismus Pij V. de Sac. Penit. *n. 81.* ibi: *In hoc summa Dei bonius, in clementia maxima laudibus predicanda est, qui humana imbecillitatē hoc condonauit, ut vnu posse pro alio satisfacere.* Et paulo infra addit: *Qui divina gratia prædicti sunt, alterius nomine possunt, quod Dei debetur, perfolueri: quare si ut quodam pacto alter alterius onera portare videantur.* Et tamen concludit: *Nec vere de hoc cuiquam fiduciam dubitandum locus relictus, qui in Apostolorum Symbolo, Sanctorum communionem proficiuntur.* Ratio huic sententiae est, quia Deus pro sua bonitate, & clemencia accepit potest opera a iusto facta in satisfactionem penae, quam alter pro peccatis debet, ac si illud opus à debi-

tore factum esset. At, posita ea acceptatione, nemini est debitum, obligationem satisfactioni nullam debitori supersesse: ergo potest vnu pro alio satisfacere. Quid autem bona opera viuis iusti oblata in satisfactionem penae ab alio debita à Deo acceptentur, probat communis vnius fidelium, qui continuo excitantur ad predictas satisfactiones applicandas, maxime pro iis, qui in Purgatorio existunt.

14. Hanc sententiam limitat Medin. *de penit. tr. 3. quest. 2.* & probable reputat Coninch. *disp. 10. dub. 7. in fin.* ne procedat semper, & infallibiliter sed, quando diuina bonitati placitum fuerit, predictam satisfactionem vnius pro alio acceptare, quia nulli habetur, ob satisfactionem ab altero exhibitam, penam, quam quis debet, remitti, sicuti habetur ob satisfactionem propriam. Neque expedient videtur, eam acceptationem infallibilem esse; tum, ne debitores negligentes sunt in satisfactione propria exhibenda, sperantes, amicos pro illis satisfactionis; tum, ne submissionem, & humiliatiæ diuinae autoritati debitam omittant. Sed disiplicet prositis haec limitatio, vptore contraria communis sensui fidelium, existimant vnius satisfactionem pro altero oblata, ei absoluere deferunt: quod verum non est, si non staret promissio diuina eam infallibiliter acceptandi. Illud verò inconveniens de negligentiia satisfactioni, per accidentem est, & abunde compensatur actu charitatis, quem vnu fidelium cum altero exercet, proprias satisfactiones ei applicando.

15. Fundamentum verò illorum, qui asserebant, neminem pro alio satisfacere posse, facile diluitur. Fatoque namque, actione propria satisfactione exhibendam fore, idque expediterat ex benignitate Dei aliena submissio, & humiliatio alteri applicata à Deo acceptatur; ac si ab eo esset exhibita. Ad confirmationem dico, neminem pro alio mereris quia esto, id fieri possit, non fuit expeditus; & quod meritum premium sit virtutis, quæ propriis actibus acquiri debet. Ad secundum confirmationem concedo, pro culpa vnius neminem à Christo satisfactione posse, quia si de satisfactione quoad sufficientiam loquuntur, necessarium non est alium à Christo satisfacere, cum Christus plenissime satisficerit, præterquam quod ea satisfactione ad aquilitatem sit impossibilis. Si verò sermo fit de satisfactione quoad efficaciam, nullatenus decuit ex alienis actibus fieri: cum enim peccator propria voluntate maculatus fuerit, propria etiam voluntate purgari à macula debuit. Secundus autem est de obligatione ad penam, qua ex benignitate Dei ob quilibet, satisfactionem remitti coeniente potest.

16. Tertiò, ex parte Dei requiritur, promissio acceptandi nostra bona opera in satisfactionem penae pro peccatis debitis. Erenim, cum cuiilibet peccato post remissam culpam, & penam desigeretur à Deo aliqua temporalis pena in Purgatorio luenda, que quantumcumque minima sit, excedit omnem penam, quæ in hac vita sufficiunt potest, penas huius sorte compensari nequit: tum, quia sunt penas diversæ, & longe leuiores, tum quia non tenetur Deus cas in recompensationem acceptare, etum liberum illi sit peccatorum pena se designata punire, neque aliam loco illius admittere. Ut ergo loco penae designata obligatus sit nostra bona opera in satisfactione admittere, necessaria fuit illius diuina promissio, ut pulchre docuit Medin. *tr. de penit. qu. 3.* Suar. pluribus relatis, *disp. 37. sect. 7. à num. 2.* Fagund. *de Eccles. præcep. lib. 9. cap. 2. num. 15.* Coninch. *disp. 10. dub. 4. concl. 3. n. 33.* & colliguntur ex Trid. *sess. 14. cap. 8.* afferente nos in Christo vivere, meteri, & satisfacere, facientes fructus dignos penitentie, qui ex illo vim habent, hoc est, ex eius meritis, & promissione, ob qua à Patre acceperantur.

§. II.

De satisfactione sacramentali, & obligatione
Sacerdotis illam imponendi.

- Quæ sit satisfactio sacramentalis, & quom effictum habeat?*
- Debet esse in gratia, ut obtinet effectum.*
- Secluso mortali habet effectum.*
- Satisfactio habet vim imperandi gratias peruenientes.*
- Non habet gratia argumentum.*
- Plerumque obligatur sacerdos sub grani culpa hanc satisfactionem imponere.*
- Quando exclusatur ab imponenda satisfactione. Et primus articulo moria.*
- Secundus, si credatur penitent plene per contritionem satisfactione imponere.*
- Tertiò, qualiter tempore Jubilei.*
- Quid si intra horam sapientis confiteatur.*
- Quid si penitentis credatur nullam admitturus.*
- Excurio operis à Confessario in penitentiam peccatis confessi iniuncta est satisfactio sacramentalis, quæ erit per*

per se spectata vim habeat remittendi penas peccatis debitis, quia ut suppono, est opus virtutis ab homini grato effatum: at, ut a Confessorio imponitur, tanquam pars completa & integrans Penitentiae Sacramentum, ut docuit Concilium Florentinum in decreto Eugenii, & Concilium Tridentinum, sicc. 14. cap. 3. efficaciori vim obtinet ex Christi institutione. Hec maior efficacia non ponetur, ut placuit Dominico Soto in 4. disp. 14. quaest. 1. art. 5. §. *Nihilominus*. ex eo, quod penitentem, panitentiam infundat exequens, penitentem auctum elicit, alia tota illius efficacia ex opere operantis procederet, & seculo Sacramento confiteste posset: sed ex eo, quod sit pars integrans, & comprensas sacramentum praeferit, ac proinde sicut sacramentum conferit suos effectus ex opere operato recte dispositi, sic executio operis a Confessore iniuncta, quae pars est Sacramenti, convertit suum effectum obicem non ponenti: effectus autem huius satisfactionis sacramentalis est remissio penarum pro peccatis debitis. Ergo hanc remissionem ex opere operato confit. Et ita ex communione sententia tradit Suar. disp. 2. feb. 2. Vizuald. de satisfact. n. 13. Henr. lib. 5. c. 20. n. 7. Coninch. disp. 10. dub. 10. concl. 1. & Fagundez de secundo Eccles. praecep. lib. 9. cap. 3. a. numer. 2. Quanta autem remissio ex opere operato concedatur, soli Deus cognovit est. Verius est, maiorem remissionem concedi feruerunt, & deuotius satisfactionem exequuntur. Decet enim, Deum liberaliter se ostendere iis, qui ei diligenter obsequuntur. Stante vero & qualitate satisfactionis nunquam abundantior remissio vni potius, quam alteri conceditur: quia Deus personarum acceptor non est: & notauit Coninch. disput. 10. dub. 10. numer. 93; concl. 3.

2. Notanter dixi, conferri hanc penam remissionem, non ponenti ob: m: nam si tempore, quo penitentiam exequitur, in statu peccati mortalis existat, impedit illius effectum: quia dum es in peccato, non vivis in Christo, & consequenter neque in illo satisficas. Quod a Trid. sicc. 14. c. 8. requisitum est. Deinde, quia remissio penarum temporalium est effectus supernaturalis, præparans ho: niem ad gloriam: qui autem est in mortali, omnino est ad gloriam improportionatus. Non igitur ei pena debet remitti. Arque ita docet ex communione Suarez. disp. 38. feb. 3. numer. 3. Coninch. disp. 10. dub. 11. numer. 96. Henr. lib. 5. cap. 8. & 3. & cap. 20. numer. 7. Bonac. disp. 5. de penit. quaest. 5. p. 4. num. 16. aduersus Vafquez quaest. 9. art. 2. dub. 5. Zecol. in praxi 371. Ruiz contra. 95. Med. & alijs ab Henr. & Valq. relato: propterea quod hanc satisfactionem, non ex dignitate operantis, sed ex meritis Christi proueniunt. Verum esto ex meritis Christi proueniat, sicut est satisfaciens factus, quem non decet fieri inimico.

3. Seculo autem mortali peccato effectus satisfactionis non impeditur, tamen si satisfactionem veniali culpa vitetur, ut bene notauit Coninch. disp. 10. dub. 10. n. 88. Henr. lib. 5. c. 20. n. 7. Bonac. disp. 5. de penit. quaest. 5. feb. 3. p. 4. num. 16. Laym. lib. 5. sum. tract. 6. c. 15. quaest. 3. concl. 3. quippe ea satisfactione non videtur opus: & vt a te procedit; sed, vt est sacramenta pars, & quasi Christi opus, effectum habet, sicut habet effectum gratiae sacramentum cum peccato veniali suscepimus; tamen si contrarium sentiat Vafquez de penit. quaest. 94. art. 2. dub. 5. n. 14. eo quod satisfactione nullam aliam bonitatem mortalem habeat, nisi eam, quam suscipit ab operante, alia si ob finem mortaliter peccaminorum satisfactione fieret, effectu non casaret, sicut non caret effectu Baptismi, vel Confirmationis in peccato mortali suscepimus. Sed respondet, opus satisfactionis ex prauo fine factum, solum extrinsecus, & quatenus ab operatione procedit, vitiat, eaque de causa nullam bonitatem mortalem liberant obtinet: at quia in se, & physicè est opus gratiae Deo, & a Christo assumptum in sacramenti parte, ea de causa remissione peniarum obtinere potest ex Dei gratia, & Christi meritis. Si autem ex prauo fine mortali fieri, tempore effectum remissionis habere non potest, sicut si non suscepimus Baptismi, alteriusque sacramenti: quia à peccato mortali impeditur.

An vero predictum opus, recedente peccato mortali, habebat suum effectum, incertum est. Valde pium & probabile est, effectum habere: siquidem ut probabilitate defendimus, recedente fictione, sacramentum penitentie suum conferre effectum. Ergo idem est huic parti concedendum. Arque ita docuit Henr. lib. 5. cap. 20. numer. 7. Vizuald. de satisfact. n. 12. in fine. Suar. disp. 38. feb. 8. Coninch. disp. 10. dub. 11. Bonac. disp. 5. de penit. quaest. 5. feb. 3. part. 4. num. 17. Et videtur aperte decidedi in cap. Quare aliquis de penit. disp. 3. in fine, ibi: satisfactionis fractum non percipit impedimentum peccato, quod non defteritur: precipitur autem, cum eius penitentia fuerit subsecuta: sicut ad lauacrum sibi accessens, regenerationem Sacramentum accipit, non tamen in Christo renascitur: renascitur autem virtute Sacramenti, quod percepit, sicut fictio illa de corde eius recesserit veraci penitentia.

4. Prater hanc remissionem penarum temporalis, concedenda est satisfactionis quedam vis imperandi gratias præuenientes, Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pars IV.

& auxilia divina, provi diuinæ bonitati placitum fuet: quia peccata in futurum penitentes caueat. Etenim, cum haec satisfactio, ut ex Trid. sicc. 14. c. 8. confit, instituta sit, non solum ad punienda peccata præterita, & penas pro illis debitas recompenfandas sed, ut cautiores, & vigilantes in futurum penitentes officiar, & à peccatis commitendis reuocet; necessariò illi concedenda est haec vis imperandi gratias præuenientes, ut pote necessarias ad peccatorum fugam. Atque ita tradit Suar. disp. 38. feb. 2. n. 3. Coninch. disp. 10. dub. 10. n. 92:

5. Addunt aliqui huic satisfactioni, gratia habitualis augmentum, tanquam effectum ex opere operato: sed immixtum, quia ipsa neque est sacramentum, neque pars essentialis illius; sed solum pars integralis perficiens sacramentum factum: neque est instituta ad reconciliandum penitentem cum Deo, alius attributum existentem in mortali reconciliare, quod est absurdum: sed solum est instituta ad remissionem penarum pro peccatis debitis, & ad facilius peccata in futurum cauendas: ad quos effectus gratia habitualis non deferuit, ut benè D. Th. in 4. disp. 16. quaest. 1. art. 1. q. 2. ad. 3. notauit Coninch. disp. 10. de penitent. dub. 10. num. 94.

6. Hanc satisfactionem plerumque obligatur Sacerdos sub graui culpa penitentem imponere, ut satis indicat Trident. sicc. 14. c. 8. vers. Debent ergo Sacerdoties, & tradit communis sententia apud Suar. disp. 38. feb. 3. numer. 1. Henr. lib. 5. sum. cap. 20. numer. 6. Coninch. disp. 10. dub. 8. concl. 1. Fagund. lib. 9. de penit. cap. 3. numer. 8. Layman. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 15. quaest. 1. Tum, ut aequitatem iudicij seruer, debitam pro peccatis penam exigendo: tum, ut penitentem coiceat, ut iterum in peccata labetur: tum ne sacramentum imperfectum relinquat. Ob quam ultimam rationem credo, sacerdotem obligatum esse sub graui culpa penitentiam iniungere, cum comode potest, tametsi confessio sit de solis venialibus, vel de mortalibus iam confessis: nam Sacerdoti incumbit, ne multum, & imperfectum Sacramentum relinquit, quod necessariò sit nulla penitentia imposta. Quapropter, esti penitentia imponenda leuis sit, non est tamen leuis illius omisso, sicut notaui Ioan. Sanch. disp. 15. select. disp. n. 14. & 17. aduersus alios oppostum docentes.

7. Dixi, plerisque: quia aliquando licet hoc sacramentum ministrare, nulla satisfactione iniuncta. Cum enim hoc Sacramentum necessarium sit, & perfecti essentialiter possit absque satisfactione, non debet ob illius impossibilitatem omitti. Igitur omitti satisfactione potest, si penitentis ita sit in extremis, ut nec minimam exequi valeat: quia obligatio imponendi penitentis satisfactionem est, cum penitentis capax est, illam exequendi, uti ex communione sententia tradit Caiet. tom. 1. Opuscul. quaest. 2. art. 2. Nauart. cap. 26. n. 20. Suarez disp. 38. feb. 3. numer. 4. Coninch. disp. 10. de penitent. dub. 8. numer. 6. Fagund. de secundo Eccles. praecep. lib. 9. cap. 3. numer. 9. Raro tamen haec impotencia contingit: nam, si penitentis non est sensibus destitutus, credo, Sacerdotem obligatum esse illi penitentiam imponere, eti leuissimum, nempe, iuocatione nominis Iesu ore, vel corde, voluntariam oblationem infinitatis, & dolorum, aliisque similem pium motum. Quod si peccata ampliorem satisfactionem expostulent, & credatur infrinus vietur, imponenda est sub obligatione, si contulerit, exequenda, ut docuit Theod. Cantuaren. in cap. 126. quaest. 7. ibi: Si diuinum erexit consulevit, penitentia modum a Sacerdoti sibi impositum diligenter obseruet. Et tr. a. Fagund. d. 9. cap. 3. n. 9. Laym. lib. 5. sum. tract. 6. c. 15. q. 2. en. 1. fin.

8. Secundo, excusat sacerdos à penitentia impositione, si probabilitate existimet, penitentem, ob vehementem contritionem, vel ob aliam grauem penitentiam, alium plementum plene peccatis satisficer. Nam, stante hac opinione aequitas iudicij postular, ut reus absolucione absque obligatione solvendi, cum nihil solvendum habeat. Si Suar. Coninch. Fagund. locis alleg. Sed hic causus moraliter est impossibilis, cum absque diuina revelatione confare Sacerdoti non possit, penitentem plene pro peccato satisficer, ut benè aduertit Coninch. d. dub. 8. n. 6. Praterer debet constare, non indigere penitentia in remedium, & medicinam peccatorum praefervit, quod vix est possibile.

9. Tertiò, ad idem est, si tempore Iubilei confessio fiat: nam, cum per Iubileum plena peccatorum concedatur remissio, superfluit: quælibet alia satisfactionem. Verum, quia sapientia accidit penitentes intentione lucrando Iubileum confessionem fecisse, postmodum vero, vel mutare voluntatem, vel ab eo lucrando impediti, nullatenus Sacerdos satisficeret, si hac intentione contentus esset, sed necessariò debet ad executionem illius intentionis obligare penitentes, et quæ diligencias pro lucrando Iubileo in penitentiam iniungere, sicut docuit Valq. quaest. 94. art. 2. dub. 3. Ipsius vero obligatis Iubileum lucrari, non teneat Sacerdos aliam penitentiam in satisfactionem iniungere ob rationem dictam: quia Iubileum est plena peccatorum remissio: & tradit aliis relat. Eman. Sa vero. Satisfact. 10. n. 2. Tolet. lib. 6. cap. 23. n. 10. & pluribus exornat Suar. disp. 38. feb. 10. n. 10. Benè tamen potest, & plerumq; tenet.

tur, aliquam satisfactionem ad nouę vitę custodiam, & infirmatis medicamentum eis iniungere nam, cum sacerdos non solum sit iudex, sed Medicus, qui penitentes mederi debet, & per obventionem Iubilei non censentur regulariter faci curati, tenetur eas pénitentias iniungere, quae huic fini vīte sibi fuerint conuenientes. Quapropter recte inquit Suar. disp. 38. fct. 10. n. 10. his temporibus pénitentes ab executione pénitentia à Confessarij iniuncta raro, vel nunquam exculari ob Iubileum, vel plenariam Indulgentiam: quia plerunque impo nunt leuisissima pénitentia, & quae vix sufficiunt per modum medicinae.

10. Quartio, creditur Fagund. de secundo Eccles. præcep. lib. 9. cap. 5. numer. 9. & Bonac. disp. 5. de pénitent. q. 5. fct. 3. part. 2. numer. 3. exculari Sacerdotem ab impositione pénitentia, si septuagesima intra horam pénitentia sacramentum scrupuloſo ministrat. Moveri possunt: quia pénitentia in prima confessione imposta censeretur debet pro aliis imposta esse. Sed hoc ad summum verum esse potest, ea, que scrupulosus eadem peccata, à quibus in prima confessione absolutus fuit, iterum clavibus Ecclesie lubeat: quia satisfactionis prioris impositio viā fuit sufficiens pro illorum peccatorum remissione obtinenda. Ceterum, neque cum hac limitatione hanc excusationem admittit, ne consequenter dicamus, Sacerdotem excusatum esse à pénitentia iniungenda, quies pénitentis de peccatis rite confessis confessionem instituit. Ratio autem huius obligationis ea est: quia sacerdoti nunquam constat pénitentiam iniunctam sufficientem esse ad plenam penitentia debitam remissionem: quinimodo plerunque prælumere posset, insufficientem esse: quippe sapientia insufficiens imponitur, & longe leuior, quam peccata exigunt, ob maiorem pénitentis fructum, ne à sacramento Pénitentia arceatur, nō ve de pénitentia iniuncta horrorem concipiatur. Quod vero Bonac. inquit, posse eandem pénitentiam priori confessione impositam denuo imponi, mihi displaceat: quia esto opus alijs præceptum in pénitentiam iniungi possit; non tamen præceptum eodem titulo.

11. Quinto, addunt aliqui, quos misius bene refert Henric. lib. 5. fum. c. 10. n. 6. in comment. litt. Z. Sacerdotem ab obligatione imponendi pénitentiam excusatum esse, si creditur, pénitentem nullam esse admisurum, vel executurum. Nam, cum impositio pénitentia in bonum pénitentis referatur, ea impositio porius in illius derelictum, quam commodum cedit. Item, finis, ob quem pénitentia imponitur, & ut pénitentis illius executione pro peccatis satisfaciatur. Si ergo illam executurus non est, quinimodo neque admisurus, finis impositio nis cessat, ac proinde & Confessarij obligatio. Sed hanc excusationem nullatenus censeretur admittendam, sicuti neque eam admittit Regin. lib. 7. n. 12. Bon. disp. 5. de pénit. q. 5. fct. p. 2. n. 3. Fag. lib. 9. de pénit. c. 1. n. 10. Nam eti. plures DD. non infinita notæ, quos infra referemus, sentiant, pénitentem obligatum non esse pénitentiam iniunctam acceptare, vel acceptatam implere, si sacerdotem non audent à pénitentia iniungenda excularum non videatur peccatis pénitentis coniuvare, ea impunita relinquent: sum, ne si occasus pénitenti peccata temnend, & in graviora incidendi, vt pote si sentit fratre pénitentie destitutum: tum, ne Sacramentum Pénitentia truncatur, & imperfetum ministret, nullam pénitentiam, partem illius integralem assignetur. Qui haec non cōsunt, tametsi pénitentis pénitentiam non accepter, neque impler-
ar.

§. III.

Quæ, qualiter, & quanta satisfactio imponenda sit.

1. Opus bonum pénitentium, & aliquando ex precepto debitum imponi potest.
2. Non est necessarium, ut sit opus exterrnum.
3. Quid de suffragia pro animabus Purgatorij.
4. Debet esse opus præstantum ab ipsomet pénitente.
5. Qualiter opus publicum in pénitentiam iniungi possit.
6. Porro cogi pénitentis ad confessionem frequentiam.
7. Quid de reliquo Sacramento dicendum sit.
8. Quantitas pénitentia arbitrio prudentia Confessarij reliquatur.
9. Peccat grauitate Confessarij, si absque causa leuisissima pénitentiam pro gravius peccatis iniungat.
10. Stante causa licetum est.
11. Pénitentis monendum est, pénitentiam non esse delicto committiratum.
12. Plerunque sub precepto pénitentia imponenda est.
13. Sub consilio verius est, imponi sacramentaliter non posse.
14. Grauissima pénitentia imponi non potest sub levi obligacione.
15. Sub conditione verius est, imponi non posse: quidquid alii contrarium sentiant.
16. Regulariter ante absolutionem est satisfactio imponenda.

1. Ceterum est, opus in satisfactionem iniungendum debet. Ceterum est, opus in satisfactionem iniungendum debet esse bonum moraliter, & de se Deo gratum: si quidem in satisfactionem peccatorum, & perfectam cum Deo reconciliationem assumitur. Debet item esse pénitentium, & natura humana afflictum: quam conditionem habent omnia opera bona post natura lapidum, ut aliis relativi probant Valent. 1.4. disp. 7. quæst. 14. num. 2. Petigian. 2. p. disp. 15. q. 1. art. 3. conc. 1. Non requiritur necessario esse opus supererrogationis: sed potest esse opus alias praecopumnam ex eo, quod præcepit sit, non impedit, quia in parte factam est, & peccati satisfactionem assumatur, & novo titulo pénitentis ad illius executionem obligatur. Quinimum aliud expedit ita fieri, saltem ex parte, si pénitentis creditur illius pénitentia impositione ad præceptorum observationem fore excitandum: tamen antea repudiat, & remissus exierit. Frequenter autem opera non præcepit, sed supererrogationis imponenda sunt: quia operibus alias præcepit via censeretur potest pénitentis grauatis, cum iam grauatus sit: ac proinde rationem punitionis diminutur habent. Quoferca, quod confessoris opus in pénitentiam iniungi, temper inciligendus est iniungere opus non debitum, nisi contrarium communis conuertere expellit intelligatur, sicuti intelligitur in elemosyna: quae si detur extreme indigeni, sit ea sat: quia est calus extraordinarius, qui non clementer exceptus est, & sicuti si præcepit, diebus festis duocim Missam audire, censendus est Missam ex præcepto, & altam causam supererrogationis præcipere. Si præcepit singulis diebus Missam audire, creditur Missa diei festi contingens contentus esse, ne nimium pénitentem grauaret. Secus esset, si diceret, ut singulis hebdomadiis Missam audire, censendus esset velle obligare ad Missam alijs non debitum ex præcepto, vel voto. Quando autem penitentis circumstantiis, dubium est, censendus est confessorius, si potest, si minus prudenter arbitrio res decidenda. Quia Omnia Docent communiter Doctores, ut videtur est in Suar. disp. 18. fct. 6. Henr. l. 5. cap. 21. Coninch. disp. 10. dub. 8. num. 68. ep. seqq. Laym. l. 5. sum. trah. 6. cap. 15. q. 2. Bonac. disp. 5. de penit. q. 5. fct. 3. p. 2. num. 11. Thom. Sanc. l. 1. fum. c. 14. & n. 5. Fagund. de secundo Eccles. præcep. l. 9. c. 5. p. 8. & aliis.

2. Tametsi opus in pénitentiam iniungendum debet esse censandum exterrnum esse docerit alijs relativi Ioann. Sanchez in select. disp. 16. num. 1. propterea quod pars Sacramenti sit, quæ visibilis debet esse, sicuti & sacramentum: & quia imponitur per modum præcepti humani, quod in actuū interiorē directe cadere non potest: attamen praxis Ecclesie, & communis sententia docet, actus interiorē, verbi gratia, aliquam piam meditationem, de Dei præsencia, de iudicio futuro, de morte imminentia, de peccatorum feditate, & gravitate, aliquemque contritionis actum, & similia iniungi posse. Nam esto, per se sensibilia non sint, sicut ramen sensibilia, quacunus à Confessarij iniunguntur, & à pénitentia acceptantur: quod sufficit, ut pars sacramenti esse possint, hec est concordio, quæ per confessionem manifestatur; & Corpus Christi in Eucharistia, quæ mediis speciebus consecrat sensibiliis redditur. Et licet hæc iniungantur ad modum humani præcepti: quia tamen non iniungantur absolue, sed ex pénitentis contentiu, & acceptatione, ea de causa, eti. interiora sint, & iniunguntur, sub præceptum cadere possunt: sicuti docuerunt Suarez disp. 18. section. 6. num. 2. Reginald. tom. 1. lib. 7. num. 22. Basil. Pont. lib. 1. de matrim. cap. 7. num. 4. Coninch. disp. 10. dub. 8. num. 67. conclus. 4. Layman. libr. 8. fum. trah. 6. cap. 15. quæst. 2. Bonac. disp. 5. de penitent. quæst. 5. fct. 3. pun. 2. 10. Fagund. de secundo Ecclesie præcepto. libr. 9. cap. 3. n. 5. & alijs. Quinimodo, ut frequenter opus exterrnum in pénitentiam iniungiatur, quia facilis & certus, præferim a rudiibus, impleri potest, aliquando ramen expediat supradictam meditationem, & considerationem iniungi, ut ipso efficacissimum ad vitæ antea facta emendationem, ut bene notarunt Suar. Coninch. Laym. loc. alleg.

3. Quod vero predictus Ioann. Sanchez subiungit dicta disp. 16. n. 1. non posse, inquam, confessorum pénitentia imponere in pénitentiam peccatorum, ut aliquas orationes pro animabus Purgatorij reciter: eod quod sacramentum non in satisfactionem alieni peccati, sed proprii in strictum sit, mihi displaceat. Concedo namque, sacramentum Pénitentiae ad delenda peccata pénitentia, tam quod culpam, quam quod penitentia institutum est: sed inde non inferri, orationes pro animabus Purgatorij applicandas effectum in pénitente habiuras non esse: habent quidem effectum ex opero operato, & virtute sacramenti, qui à pénitente animabus Purgatorij communicari non potest, tametsi illis comunicaret effectum, seu satisfactionem, illis orationibus correspondentem, quacunus ab ipso procedunt: qui effectus est omnino distinctus, & separabilis ab effectu & satisfactione, quem illæ orationes habent, quatenus à Confessarij sunt iniunctæ, & pars sacramenti Pénitentiae constituta.

4. Rursum debet esse opus ab ipsomet pénitente præstantum, (quicquid in contrarium sentiant) Fagund. l. 9. de secundo Eccles. præcep. cap. 4. numer. 12. & Suar. disp. 18. fct. 9. numer. 4. Nam